Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



149

kalendis mensis exordium est in quinta decima
quando totus lunae orbis impletur. & siqui
dem primus mensis fuerit zimorum est prima
dies sin autem septimus scenopegiarum quando
figuntur tabernacula quae sollemnitates
apud hebraeos uel maxime sunt; fit autem planc
tus super fortitudinem aegypti ut fortis in malo
ee desistat & recipiat infirmitatem; & quan
do infirmior fuerit tunc fortior sit pro for
titudine aegypti in hebraico habet multitudi
nem lata enim & spatiosa uia quae ducit ad mor
tem & multi ingrediuntur per eam sic econtra
rio dicitur ad hierim, uos autem estis pauci inter
omnes gentes semper enim uirtus rara est. & arta &
angusta uia quae ducit ad uitam & pauci sunt
qui ingrediuntur per eam. quod autem aegyptus
plangitur & mortuae filiae eius iuxta lxx siue
gentium robustarum deducuntur ad terram ulti
mam in lacum siue in foueam profundissimam. significa
ntur animae in aegypto huius seculi commoran
tes quae perdiderunt eum qui dicit ego sum uita & pecca
tis mortuae pondere eorum ad inferos detra
huntur. dicente peccatore; quoniam iniquitates